



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

355. Angeli prædicunt Christum similiter venturum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO CCCLIV.

De Ascensione Christi, ex Actis Apostolorum.

I. **I**gitur qui convenerant, interrogabant Ieum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israël? Dixit autem eis: Non est vestrum, nōsse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: *Act. 1. v. 6. & 7.*

II. Sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos: & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ. *Act. 1. v. 8.*

III. Et cum hæc dixisset, videntibus illis, elevatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. *Act. 1. v. 9.*

MEDITATIO CCCLV.

Angeli predicunt Christum similiter Genturum.

I. **C**um intuerentur in caelum euntem illum, ecce duo viri adstiterunt juxta illos in vestibus albis. *Act. 1. v. 10.*

II. Qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in caelum? hic Iesus, qui assumptus est à vobis in caelum, sic veniet, quem.

124 GLORIA IESU

quemadmodum vidistis eum euntem in
coelum. *Actor. 1. v. 11.*

III. Tunc reversi sunt Ierosolymam, à
monte, qui vocatur Oliveti, qui est juxta
Ierusalem, Sabbati habens iter. *Act. 1. v. 12.*

MEDITATIO CCCLVI.

*Discipuli reversi Hierosolymam, ma-
nent in cenaculo congregati.*

I. **R**eversti sunt Ierosolymam, à monte,
qui vocatur Oliveti, qui est juxta Ieru-
salem, Sabbati habens iter. *Act. 1. v. 12.*

II. Et cum introissent, in cenaculum
ascenderunt, ubi manebant Petrus & Ioan-
nes, Iacobus & Andreas, Philippus & Tho-
mas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus
Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi.
Actor. 1. v. 13.

III. Hi omnes erant perseverantes una-
nimiter in oratione cum mulieribus, & Ma-
ria matre Iesu, & fratribus ejus. *Actor. 1.
Vers. 14.*

MEDITATIO CCCLVII.

*In locum Iudæ traditoris, alius Resur-
rectionis Dominice testis substi-
tuendus queritur.*

I. Ia